MAY 20, ST BERNARDINE OF SIENA – CONFESSOR

Errors? help@extraordinaryform.org

St. Bernardine of Siena in Italy was a Franciscan friar who devoted his life to the saving of souls. He it was who started the devotion to the Holy Name of Jesus. St. Bernardine died May 20, 1444.

INTROIT Psalms 36: 30, 31

Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus. Allelúja, allelúja. (Ps. 36: 1) Noli æmulári in malignántibus: neque zeláveris faciéntes iniquitátem. Glória Patri et Fílio et Spirítui Sancto, sicut erat in princípio, et nunc, et semper, et in sǽcula sæculórum. Amen. Os justi meditábitur sapiéntiam, et lingua ejus loquétur judícium: lex Dei ejus in corde ipsíus, Allelúja, allelúja.

The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. Alleluia, alleluia. (Ps. 36: 1) Be not emulous of evildoers: nor envy them that work iniquity. Glory be to the Father and to the Son and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now and ever shall be, world without end. Amen. The mouth of the just shall meditate wisdom, and his tongue shall speak judgment: the law of his God is in his heart. Alleluia, alleluia.

COLLECT

Dómine Jesu, qui beáto Bernardíno Confessóri tuo exímium sancti nóminis tui amórem tribuísti: ejus, quǽsumus, méritis et intercessióne, spíritum nobis tuæ dilectiónis benígnus infúnde: Qui vivis et regnas, cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

O Lord, Jesus Who bestowed on blessed Bernardine, Thy Confessor, an unusual love for Thine holy name, we beseech Thee, by his merits and intercession, graciously pour upon us the spirit of Thy love. Who lives and reigns with God the Father in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

LESSON Ecclesiasticus 31: 8-11

Beátus vir, qui invéntus est sine mácula, et qui post aurum non ábiit, nec sperávit in pecúnia et thesáuris. Quis est hic, et laudábimus eum? fecit enim mirabília in vita sua. Qui probátus est in illo, et perféctus est, erit illi glória ætérna: qui pótuit tránsgredi, et non est transgréssus: fácere mala, et non fecit: ídeo stabilíta sunt bona illíus in Dómino, et eleemósynas illíus enarrábit omnis ecclésia sanctórum.

Happy the man found without fault, who turns not aside after gain, nor puts his trust in money nor in treasures! Who is he, that we may praise him? For he has done wonders in his life. He has been tested by gold and come off safe, and this remains his glory forever; he could have sinned but did not, could have done evil but would not, so that his possessions are secure in the Lord, and the assembly of the Saints shall recount his alms.

GREATER ALLELUIA

Allelúja, allelúja. Beátus vir, qui suffert tentationem: quóniam cum probátus fúerit, accípiet corónam vitæ. Allelúja. Amávit eum Dóminus, et ornávit eum: stolam glóriæ índuit eum. Allelúja.

Alleluia. Alleluia. Blessed is the man that endureth temptation for when he hath been proved, he shall receive the crown of life. Alleluia. The Lord loved him and adorned him: He clothed him with a robe of glory. Alleluia.

GOSPEL Matthew 19: 27-29

In illo témpore: Dixit Petrus ad Jesum: Ecce, nos relíquimus ómnia, et secúti sumus te: quid ergo erit nobis? Jesus autem dixit illis: Amen, dico vobis, quod vos, qui secúti estis me, in regeneratióne, cum séderit Fílius hóminis in sede maiestátis suæ, sedébitis et vos super sedes duódecim, judicántes duódecim tribus Israël. Et omnis, qui relíquerit domum, vel fratres, aut soróres, aut patrem, aut matrem, aut uxórem, aut fílios, aut agros, propter nomen meum, céntuplum accípiet, et vitam ætérnam possidébit.

At that time, Peter said to Jesus, Behold, we have left all and followed Thee; what then shall we have? And Jesus said to them, Amen I say to you that you who have followed Me, in the regeneration when the Son of man shall sit on the seat of His majesty, you also shall sit on twelve thrones, judging the twelve tribes of Israel. And everyone who has left house, or brethren, or sisters, or father, or mother, or wife, or children, or lands, for My name's sake, shall receive an hundredfold, and shall possess life everlasting.

OFFERTORY Psalms 88: 25

Véritas mea et misericórdia mea cum ipso: et in nómine meo exaltábitur cornu eius. Allelúja.

My truth and My mercy shall be with him: and in My name shall his horn be exalted. Alleluia.

SECRET

Laudis tibi, Dómine, hóstias immolámus in tuórum commemoratióne Sanctórum: quibus nos et præséntibus éxui malis confídimus, et futúris. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

We offer Thee, O Lord, sacrifices of praise in commemoration of Thy saints, by whom we trust to be delivered from evils both present and future. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

PREFACE OF THE ASCENSION

Vere dignum et justum est, æquum et salutáre, nos tibi semper et ubíque grátias ágere: Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: per Christum, Dóminum nostrum. Qui post resurrectiónem suam ómnibus discípulis suis maniféstus appáruit, et ipsis cernéntibus est elevátus in cælum, ut nos divinitátis suæ tribúeret esse partícipes. Et ídeo cum Ángelis et Archángelis, cum Thronis et Dominatiónibus cumque omni milítia cæléstis exércitus, hymnum glóriæ tuæ cánimus, sine fine dicéntes:

It is truly meet and just, right and for our salvation, that we should at all times, and in all places, give thanks unto Thee, O holy Lord, Father almighty, everlasting God, through Christ our Lord. Who, after His Resurrection, appeared openly to all His disciples, and, while they looked on, was taken up into heaven, that He might grant unto us to be sharers in His own divinity. And therefore with the Angels and Archangels, with the Thrones and Dominations, and with all the hosts of the heavenly army, we sing the hymn of Thy glory, evermore saying:

COMMUNION Matthew 24: 46-47

Beátus ille servus quem cum vénerit dóminus ejus invénerit vigilantem: amen dico vobis, super omnia bona sua constituet eum. Allelúja.

Blessed is that servant, whom when his lord shall come he shall find watching. Amen I say to you, he shall place him over all his goods. Alleluia.

POSTCOMMUNION

Refécti cibo, potúque cælésti, Deus noster, te súpplices exorámus: ut, in cujus hæc commemoratióne percépimus, ejus muniámur et précibus. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sǽcula sæculórum.

We Thy suppliants, who are refreshed with heavenly food and drink, beseech Thee, O our God, that we may be fortified by the prayers of him in whose commemoration we have partaken of these gifts. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.